



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VI. Vt clerici actus saecularium, vel procurations non suscipiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
348. IVLIVS CARTHAGINENSE. CONSTANTIVS
P. I. CONSTANS IMP. IO^S

tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggeste-
da sunt a nobis, & in Concilio statuenda. Si vide-
tur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui
cum viduis commorantur, & nulla secum germani-
tate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta vi-
duos & viduas eadem lex maneat, & sententia.

V.

Priuatus episcopus Vegeſelitanus dixit: Sugge-
ro sanctitati vestrae, ut statuatis, non licere cleri-
cum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi
sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare si-
bi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conſcien-
tia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episco-
pus dixit: Hæc obſeruantia pacem custodit. Nam ^{Cap. 16. 18.}
^{19.} & memini, in sanctissimo Concilio Sardicensi sta-
tutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet.
Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, &
per consensum habeat.

VI.

Necafius episcopus Culſitanus dixit: Credo ^{21. q. 3. Cre-}
^{do.} placere ſuggeſtionem meam sanctitati vestrae, &
displicare vobis, ut qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt
clero, * non accedant ad auctus seu administratio-
nem vel procuraſionem domorum. Gratus episco-
pus dixit: Et apostolorum ſtatuta ſunt, quæ dicūt:
Nemo militans Deo, ingerit ſe negotiis ſæcularibus. Pro-
inde ^{2. Tim. 2.} aut clerici ſint ſine actionibus domorum, aut
actores ſine officio clericorum. Vniuersi dixerunt:
Hoc obſeruemus.

VII.

Casianus Vſulensis episcopus dixit: Statuat gra-
^{Concil. Tom. 3.} O

*concur-
rant ad
actiones
in Can.